ISIDORUS HISPALENSIS ET VARIA
10. bis 11. Jh. Seite 162v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=933
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



nominatum eo qt subrigit se quando spinis suis clauditur quib; undiq; protectus est contra
insidias. nam statim aliquid presenserit primum se subrigit atq; in globum conuersus in sua
se arma recolligit. huius prudentia quedam: nam dum absciderit uuam deuite
supinus sese uolutat super eam. et sic exhibet. hic retro ambulat. terram terebrat. stridet
noctib; uenatur eum formica circumligate capillo in caudam eius collecta afflato prius
puluere ne se abscondat ne se abscondat ita formice conplexib; trahitur. Formica dic-
ta eo qd ferat micas farris cuius sollercia multa. prouidet enim in futurum et preparata es-
tate qt hieme comedat. in messe autem eligit triticum. ordeum non tangit. Du pluit
eis super frumentum totum eicit. Dnr in ethiopia esse formice ad formam canis que aureas
harenas pedibus egerunt quas custodiunt ne quis auferat. captantesq; ad necem persequuntur.
Formicoleon ob hoc uocatur quia: uel formicarum leo. uel certe formica parit et leo. Est enim
animal paruum formicis satis infestum qt in se in puluerea abscondit et formicas fru-
menta gestantes interficit. proinde autem leo et formica uocatur. quia aliis animalib;
ut formica est formicis autem ut leo est. De serpentibus

.viii. Animal uocabulum omnium serpentium genus qt plicari et qd contorqueri potest.
et inde anguis qd angulosus sit. et numquam rectus. Angues autem apud gentiles
pro genus luetorum erant habiti semper unde persius pinge duos angues pueri sacer est locus.
Colubrum ab eo dictum .i. qd colat umbras. uel qt in lubricos tractu flexib; sinuosis labitur
nam lubricum dicitur qd qd labitur dum tenetur ut piscis serpens. Serpens autem nomen accepit quia
occultis accessibus serpit non apertis passib; s; spumarum munitissimis nisib; repit. illa
autem que quatuor pedib; nituntur sicut lacerti et stiliones non serpentes s; reptilia nomi-
nantur serpentes autem reptilia sunt quia uentre et pectore reptant quorum tot ue-
nena qt genera tot pernicies. qt species tot dolores quod colores habentur. Draco maior
cunctorum serpentium siue omnium animantium super terram hunc greci draco contam
uocant. Unde et deriuatum est in latinum ut draco diceretur qt sepe aspeluncis abstrac-
tus fertur in aerem concitatur quia propter eum aer. Est autem cristatus ore paruo et artis fistulis per
quas trahit spiritum et linguam exerat. Vim autem non in dentibus s; in cauda habet et uer-
bere pocius quam rictu nocet. In noxius autem auenenis est s; ideo huic ad mortem
h eam natis suis; Grillus nomen a sono uocis habet